

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Quæ sit materia luxuriæ. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

*exp. 27. 4
me. 10. 6.* Ad tertium dicendum, quod virgines sequuntur agnum quocumque ierit: quia imitantur Christum non solum in integritate mentis, sed etiam in integritate carnis. ut Augus.* dicit in lib. de Virginitate. Et ideo in pluribus sequuntur agnum, non tamen oportet quod magis de propinquio: quia aliae virtutes faciunt propinquius inhærente Deo per imitationem mentis. Canticum autem nouum, quod sole virginis cantant, est gaudium quod habent de integritate carnis seruata.

QVÆSTIO CLI.

De virtio luxuria, in quinque articulos divisâ.

Dinde considerandum est de virtu luxuria, quod opponitur castitati. Et primo de ipsa in generali. Secundo, de speciebus eius.

¶ Circa primum queruntur quinque.

¶ Primo, qua sit materia luxuriæ.

¶ Secundo, vtrum omnis concubitus sit illicitus?

¶ Tertio, vtrum luxuria sit peccatum mortale?

¶ Quarto, vtrum luxuria sit vitium capitale?

¶ Quinto, de filiis eius.

ARTIC. I.

Vtrum materia luxuria sint solum concupiscentia, & delectationes venerea?

*Eth. 5.
lo. 2. 10. 3.
* l. 2. c. 6.
a me. 8. 1.* **A**d primum sic proceditur. Videret, quod materia luxuria non solum sint concupiscentia, & delectationes venerea. Dicit enim * Augustinus in libro Confess. quod luxuria ad satietatem atque abundantiam se cupit vocari. Sed satietas pertinet ad cibos, & potus, abundantia autem ad diuicias. Ergo luxuria non est propriè circa concupiscentias, & voluptas venerea.

¶ 2 Præterea, Prou. 20. dicitur. Luxuriosa res est vinum. Sed vinum pertinet ad delectationem ciborum & potus. Ergo circa ea maxime videretur luxuria esse.

¶ 3 Præterea, Luxuria dicitur esse libidinosus voluptatis appetitus. Sed libidinosa voluntas non solum est in venereis, sed etiam in multis alijs. Ergo luxuria non

non est solum circa concupiscentias, & voluptates
venereas.

S E D contra est, quod dicitur in li. * de vera re-
ligione, de luxuriosis. Qui seminat in carne, de carne
meret corruptionem. Sed seminatio carnis fit per vo-
luptates venereas. Ergo ad has pertinet luxuria.

R E S P O N D E O dicendum, quod sicut Isidor.
dicit in lib. * Etymol. luxuriosus aliquis dicitur qua-
si solutus in voluptates. Maximè autem voluptates ve-
nereæ animum hominis soluunt. Et ideo circa volu-
ptates venereas maximè luxuria consideratur.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut temperan-
tia principaliter quidem & propriè est circa delecta-
tiones tactus; dicitur autem ex consequenti, & per si-
militudinem quamdam in quibusdam alijs materijs:
ita etiam luxuria principaliter quidem est in volunta-
tibus venereis, quæ maximè & præcipue animum ho-
minis resolunt; secundariò autem dicitur in quibus-
cūque alijs ad excessum pertinentibus. Vnde ad Gal.

5. dicit gloss. * quod luxuria est quilibet superfluitas. gl. interl.

Ad secundum dicendum, quod vinum dicitur res sup. illud
luxuriosa, vel secundum hunc modum quo in qual- impudici
bet materia abundantia ad luxuriam refertur, vel in tia, luxu
quantum superfluus usus vini incentiuum voluptati ria, &c.

Venereæ præbet.

Ad tertium dicendum, quod libidinosa voluptas
est in alijs materijs dicitur, tamen specialiter hoc
nomen sibi vendicant venereæ delectationes, in qui-
bus etiam specialiter libido dicitur, ut Aug. * dicit in

14. de Ciu. Dei.

ARTIC. II.

Vtrum nullus actus venereus possit esse sine
peccato?

738

A D secundum sic proceditur. Videtur, quod nō
lus actus venereus possit esse sine peccato. Ni- Ma. 4. 15
hil enim videtur impedire virtutem, nisi peccatum. 4. 10. an-
sed omnis actus venereus maximè impedit virtutem. ti me. 10.
Dicit enim Augustinus * in 1. Soliloquiorum, Nihil
esse

Aug. li.
de vera
rel. c. 3.

à me. t. 1.
* li. 10. c.

li. inci-
pit, fucus
lentus, à
me. illius

sup. illud

impudici

tia, luxu

ria, &c.

c. 15. 9.
15. 105.